



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

61. Phœnix: Ex Plin. l. 10. c. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

NUNC DESCRIPTIONES ALIQVOT PRÆ-
cipuorum animalium subiiciemus, ex laudatis auctoribus, ad quarum exempla cetera in eo-
dem genere conformari possunt.

A V E S.

Ex D. Gregor. Nazianzeno.

Descriptio LX.

Σκέψαι μοι καὶ ὄρνέων ἀγέλας, καὶ ποικι-
λίας, ἔντε σχήματι, καὶ χρώματι, τῶν
τε ἀμειλίγων, καὶ τῶν ἀδικῶν, καὶ πῶς τῶν μελω-
δίας ὀλοῦσθαι, καὶ παρὰ τὴν ὄψιν; πῶς ἡ ὄψις
τέτιγιε τὴν ἐπιτήθει, μαγὰδὰ, καὶ τὰ ἐπὶ τῶν κλά-
δων ἄσματα ἄτε, καὶ τριπίσμαλα, ὅταν ἡλίω κα-
νῶνται μεσημερινὰ μετ' ἄργυρον, καὶ χαταφω-
κῶσι τὰ ἄλση, καὶ ὅσους ποταμοὺς φωνῶσι παρὰ
πέμπωσι.

AD hæc greges animum considera, quamque
varia, & multiplici figura sint, varijsque
coloribus: qui fiat, ut aliæ mutæ sint, a-
liæ canoræ: quæque harum suavissimi can-
tus sit ratio, & à quo hanc facultatem acce-
perint: quis lyram cicadis in pictore dedit
& cantus illos, atque garritus, quos cum me-
ridiano solis æstu ad musicam excitantur; in
arborum ramis fundunt, ac nemora sono im-
plent, & viatorem vocibus prosequun-
tur?

PHOENIX.

Descriptio LXI.

Æthiopes, atque Indi, discolorotes maximè,
& inenarrabiles ferunt aues, ante omnes
nobilem Arabia Phœnicem; haud scio an
fabulosum vnum in toto orbe, nec visum ma-
gnoperè. Aquilæ narratur magnitudine, auri
fulgore circa colla, cætera purpureus, roseis
caudam pennis distinguentibus, cristis fa-
ciem, caputque plumæ apicæ cohonestante.
hic postquam longam sæculorum seriem vi-
uendo explevit, naturæ ipsius instinctu rogam
concinnat, suavi fragrantium lignorum copia
refertum, quem sepulchri simul, & lectuli lo-
co sit habiturus, in eo sepelitur, & quiescit.

Mox etiam ex eo resurgit ad vitam: post-
quam enim afflantibus solis radijs incensa
iam pyra conflagrauit ales nobilissimus, ut
suis mox cineribus pubescat, exiguum ver-
miculum relinquit in fauilla, qui paulatim
animam, & speciosi corporis induit effigiem,
sic Phœnix pater est, & patri simillimus fi-
lius.

Vide Plinium li. 10. cap. 2.

A Q V I L A.

Descriptio LXII.

Aquila enimvero cum se nubium tenus al-
tissime sublimatur, euecta alis, totum istud
spatium qua pluitur, & ningitur, ultra quod
cacumen nec fulmini, nec fulguri locus est, in
ipso (ut ita dixerim) solo ætheris, & fastigio
hyemis: cum igitur eò sese aquila extulit, nura
elementi læuorifum vel dextrorsum tanta mo-
le corporis labitur, velificatas alas quo libuit
aduertens, modico caudæ gubernaculo, inde
cuncta despicit, ibidem pennarum eminus
indefessa remigia, ac paulisper cunctabundo
volatu penè eodem loco pendula circumue-
tur, & quærît quorsus potissimum in prædam
sese supernè ruat, fulminis vice: de cælo im-
prouisa simul campis pecua, simul montibus
feras, simul homines Urbibus vno obtutu sub
eodem impetu cernens, vnde rostro transfo-
diat, vnde inuncet vel agnum incuriosum, vel
leporem meticulousum, vel quodeunque esui
animatum, vel lanatum fores obrulit.

Apul. lib. 1. Florid.

Zzz 3

PSIT.